iudex Paulus de Agatha

79

Basilicata University Press
–
Digital Humanities
Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

79

1491-04-26

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo nonagesimoprimo. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno tricesimotertio,... mense Aprelis, die vicesimosexto eiusdem, none indictionis, Mathere.

Nos Paulus Agathus de dicta civitate,... per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Andreas de Passarellis de dicta civitate, puplicus ubilibet per totum predictum regnum... regia auctoritate notarius, domnus Paulus de Cannarilis, Sanson de Theopaldis, Franciscus notarii Stephani, Ipoliti de Lactarolis et Vitus Petri de Paradisio, testes... de affata civitate,... notum facimus... quod... constitutis Francisco Antonii de Spinaczola de Matera et Antonella Petri de sancto Heronimo, eius... uxore, de affata civitate... et... Gabrieli de Donato de eadem civitate,... prefati... Franciscus... et Antonella... asseruerunt... habere... griptam unam cum platea ante ipsam, in comuni et pro indiviso cum alia platea gripte dotalis Nardi Nicolai Antonii de Altamura et cum quadam fovea intus dictam plateam, sitam... in Saxo Barisano civitatis Matere, in pictagio sancti Blasii, iuxta dictam griptam dotalem dicti Nardi,... iuxta griptam heredum Iohannis de Ghyeta, iuxta frontem ipsius gripte;... et placuit eisdem... vendere... supradictam griptam... Qua propter,... stante... cum eadem Antonella... Petro eius... filio et legitimo mundualdo, sub cuius munduo se esse recognovit, consensum et auctoritatem sibi prestante in tota huius puplici scripti serie et non ultra..., vendiderunt... prefato Gabrieli... supradictam griptam... pro... pretio unciarum septem et tarenorum decem et septem cum dimidio...

1

† Ego Paulus Agathus de Matera qui supra regius ad contractus iudex // predicta fateor vera esse et me subscripsi † Ego Sanson de Theopaldis qui supra testis testor † Ego donno Paulus de Cannarilis qui supra testis testor † Signum crucis proprie manus mei Francisci notarii Stephani qui supra testis inlicterati et scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei Ipoliti de Lactarolis, qui supra testis inlicterati et scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei Viti Petri de Paradisio qui supra testis inlicterati scribere nescientis

Segue l'espressione supradictam griptam *depennata*